

OCTAVVS.

quas in suo itinere planetæ offendunt, dum scilicet aliquis quinque retrogradorum ad lineam rectam quæ à centro mundi ad stellam fixam protenditur peruenit. Hæc enim habitudo nomen coniunctionis sibi uendicat propriissime. Idem accidit eis respectu Luminarium, sed amplius. Sol enim uelocior est cursu stellis fixis, quod fit ut stella quæ pridem post Solis occasum uidebatur, propter uicinitatem Solis apparere definit, hanc habitudinem appellant occasum uestpertinum. Deinde Sol tendit ad coniunctionem cū stella fixa. Postea uero dum Sol adeo recedit à stella, ut quæ prius propter uicinitatem Solis non uidebatur, denuo apparere incipiat ante Solis ortum, huic habitudini ortus matutini nomen dedere Philosophi. Respectu deinceps Lunæ has habitudines considerandas intellige.

PROPOSITIO IIII.

Vt uarias stellæ fixæ ad Horizontem habitudines accipi-
ant enarrare.

¶ Quatuor sunt huiusmodi habitudines scilicet ortus, mediatio cœli suæ per terrā, occasus, & mediatio cœli sub terra. Nam in Horizonte recto omnis stella oritur & occidit, cum poli motus primi sunt in Horizontis superficie, quæ ob eam rem omnes æquinoctiali æquidistantes círculos per medium secat, unde etiam mora stellæ diurna nocturnam æquabit morā. Omnis quoque stella bis cœlum mediabit, aut ad meridianū perueniet, semel suæ per terram, & semel sub terra. Vbi uero poli mundi sunt poli Horizontis, nulla stellarum oritur aut occidit. Equinoctialis enim in superficie Horizontis circumvoluitur, reliqui uero circulie iæquidistantes, & Horizonti in circuione sua æquidistabunt. Quare stellæ in Hemispæriō superiori non occidunt. Stellæ autem inferioris Heinispærij nō oriuntur. Verum una quæque ipsarum bis cœlum mediabit in una circuione. Hæ quidem super terram, ille uero sub terra. Ceteri uero Horizontes, ad quos æquinoctialis inclinatur, quibus alter polorum eleuatur, hoc considerationis habebunt. Intelligendi sunt duo circuli parui æquales sibi, & æquinoctiali æquidistantes, quorum uterque circulum Horizontis contingat. Hic quidem apud polum inuidi eleuatum, ille uero apud polum depresso. Quicquid igitur stellarum inter alterum paruorum círculorum, & polum eleuatum compræhendit, non occidit. Quod uero inter polum depresso, & paruum círculum complectitur, nunquam orietur nec occidet, sed semper occultabitur. Verū una quæque harum stellarum meridianum una circuione bis attinget, hæc quidem super terram, illa sub terra. Reliquæ autem stellæ omnes, quas claudūt dicti duo parui círculi, & oriuntur, & occidunt, medianique cœlum una uice super terram, alia uero sub terra.

¶ Præterea siue ab Horizonte siue à meridianō stella moueri cœperit, tempora reditionum apud sensum æqualia censebuntur. Tempus etiā quo stella à parte meridiani supra terram, ad partem meridiani sub terra, aut æ contra perducitur, temporis quo ad principium motus reuertitur è quale est quoniam omnes parallellos in quibus itinera stellarum metimur, meridianus per æqualia scindit. Quod autem tempus ortui atque occasui interiacet, inèquale est temporis quo stella ab occasu ad ortum sub terra reuertitur. Hoc quidem in omni Horizonte obliquio contingit, deceptis tamen stellis, quæ in æquinoctiali sunt círculos, quibus supra terram & sub terra æqualem motionem æquinoctialis ab Horizonte per medium sectus tribuit. Amplius quod